uagabantur. Tandem nutu diuino mari pla
cato, ad resumendas anchoras, quarum funes
scius enatabat, tota se conamine para
uerunt. Cumque id perficere propriis uiribus non ualerent
plurimorum sanctorum inuocato subsidio multisque
iam sudoribus liquescentes, nec unam pro tota di
e resumere potuerunt. Erat autem nauta quidam
dam perfectus nomine, sed moribus imperfectus, qui cum
irrisione quadam dixit ad socios: Ecce sanctorum
omnium inuocastis auxilium, et ut uidetis, nul
lus est qui succurrat. Inuocemus istum francis
cum qui nouellus est sanctus, si quomodo in mare se
mergat et anchoras perditas reddat. Con
senserunt cum non irrisorie sed ueraciter suasio
ni perfecti, et ipsi obiurgantes irrisorium
uerbum, firmauerunt cum sancto spontaneum
uotum. Statimque in momento sine aliquo ammi
niculo natauerunt anchore super aquas, quasi fer
ri natura uersa foret in ligneam leuitatem.

Peregrinus quidam inualidus corpore, propter
febris acute sinthomata, quam fuerat
ante perpessus, naui quadam subuectus de ultra

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 106r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/fr/pal/L/106r)